

Bubliensi sui conjudicis inter Abbatissam monasterii sancte Marie de Campis Aquis, & Helenam administratricem domus Humiliatarum religionis de Frascarolio ex altera, in presentia D. Helene commisit vices suas D. Alberto preposito Bubliensi conjudici suo promittens, quidquid D. Albertus fecerit, ratum, & firmum habere &c. Testes D. Petrus Monachus, Martinus Cancelarius.

Ego Ubertus Notarius Pal. &c.

Procuratio Ecclesie s. Mich. de Zebede quibusdam Monialibus concessa ab Abbatisa Aquensi, & illarum obedientie juramentum. Ex Tabul. Monast.

63

MCCXLI.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragésimo primo indictione decimaquarta die dominico vigesimosexto madii D. Cilia Abbatisa monasterii s. Marie de Campis Aquis sub solaro ipsius monasterii consensu, & voluntate suarum sororum, videlicet domine Sibilie, Purpure, Matele, Fornarie, & Ote constituit, & ordinavit in Imoldam, & Aranciam sorores monachas predicti monasterii suas procuratrices, & administratrices Ecclesie sancti Michaelis de Zebede Papiensis diocesis, & bonorum ipsius Ecclesie pertinentium ad monasterium sancte Marie de Campis Aquis; ita, quod debeant nomine predicti monasterii sancte Marie administrare bona dicte Ecclesie s. Michaelis bona fide, & sine fraude, & stare ibi, & dimittere Ecclesiam illam, & bona ipsius Ecclesie, sicut fuerit de voluntate predictae Abbatisse, & mandato, & successorum ejus, & reddere rationem predictae administrationis, quandocumque ab ea, vel ab alio pro ea fuerint requisite. Insuper Imolda, & Arancia fecerunt obedientiam, tanquam monache monasterii s. Marie predictae Abbatisse, & juraverunt attendere, &c. Interfuerunt testes &c.

Ego Ubertus Notarius Pal. &c.

Electio Procuratoris facta a Ministra mansionis s. Michaelis, Frugaroli, & Boschi ex charta lacera Tabul. Mon. Aq.

64

MCCXLII.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragésimo secundo indictione quintadecima octavo idus aprilis in palatio novo communis Dominus Judex, & Vicarius D. Marini de Ebulo Imperiali auctoritate, potestate precepit Gulielmo Butigelle publicare & in publicam formam redigere instrumentum, cujus tenor talis est: anno MCCXLII D. Helena ministra mansionis s. Michaelis de loco Frascaroli & s. Michaelis de Bosco constituerunt suum procuratorem

Præceptum Judicis in causa Ecclesie sancti Michaelis de Bosco cum Abbatisa sancte Marie de Campis. Ex lacera membrana Monast. s. Mariae.

MCCXLII.

65

Anno a Nativitate Domini millesimo ducentésimo secundo secundo indict. quintadecima die marcii secundo mensis decembris in Papiam D. Morandus de la Porta judex, & Vicarius D. Marini de Ebulo Imperiali mandato pot. domine C. Abbatisse s. Marie Aquen. salutem, & omne bonum. Presenti instrumento vobis facimus manifestum, quod Gulielmus Capellarius (Capellanus) in Papiam venit ante nostram presentiam petens illam blavam S. Mich. de Bosco, que fuit saxita ad vestram petitionem &c.

Ego Bergundus de Ramana Notarius. Pal. &c.

Revocatio sententiae latae a Bonifacio Preposito s. Thomae de Canellis delegato circa jura Monast. S. M. de Aquis in Ecclesia sancti Nicolai de Quinzano. Ex Tabul. ejusd. Monast.

MCCLIII.

66

Anno Domini millesimo ducentésimo quinquagesimo quarto indict. tertia die sabbati secundo mensis madii ad postulationem Petri de Pusterna Sindici venerabilis D. Purpure Abbatisse Monasterii sancte Marie de Campis de Aquis, & tocius conventus dicti monasterii, & procuratoris D. Loterii Aquensis prepositi nomine dicti monasterii, & dicti prepositi. Qui syndicus, & procurator petebat nomine predicto a D. Bonifacio preposito de Canellis subdelegato a D. Vinaudo Archipresbytero de Dolanis, ut ipse revocaret sententiam latam ab eodem subdelegato contra presbyterum Castellanum, vel dictum monasterium, vel memoratum prepositum super Ecclesiam sancti Nicolai de Quinzano, vel rebus ejusdem pro D. Rajmondo preposito s. Johannis de Incisa, in qua sententia quod dicta Ecclesia deberet conferri, & assignari, vel quod dictus subdelegatus Ecclesiam predictam D. Rajmondo preposito contulit, & assignavit, & ipsum fore ponendum in possessionem corporalem dicte Ecclesie s. Nicolai, sicut continetur in quodam instrumento facto a me Notario infrascripto, cujus tenor talis est. Cum D. Bonifacius prepositus s. Thome de Canellis Aquensis diocesis subdelegatus D. Vinaudi Archipresbyteri de Dolanis, secundum quod apparet in litteris ipsius Archipresbyteri, tenor quorum talis est: Nobili, & prudenti viro D. Bonifacio Preposito Ecclesie s. Thome de Canellis Vinaudus Archipresbyter de Dolanis D. Pape executor, sive delegatus salutem, & quodcumque posset servitii, & honoris. Noveritis come nuper recepisse D. Pape litteras sub hac forma: Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Archipresbytero de Dolanis Albenfis diocesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii